



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

158. Expositio, quis sit Pastor, quis Mercenarius.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CLVII.

Expositio, quis sit Ostium.

I. **D**ixit ergo eis iterum Iesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium. Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones, & non audierunt eos oves. *Ioan. 10. v. 7. & 8.*

II. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet. *Ioan. 10. v. 9.*

III. Fur non venit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant. *Ioan. 10. vers. 10.*

MEDITATIO CLVIII.

Expositio, quis sit Pastor, quis Mercenarius.

I. **E**go sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. *Ioan. 10. v. 11.*

II. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit; & lupus rapit, & dispergit oves: Mer-
cena-

II. cenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus. *Ioan. 10. v. 12. & 13.*

III. Ego sum pastor bonus: & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Sicut novit me pater, & ego agnosco patrem: & animam meam pono pro ovibus meis. *Ioan. 10. v. 14. & 15.*

IV. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient; & fiet unum ovile, & unus pastor. *Ioan. 10. v. 16.*

MEDITATIO CLIX.

Parabola XI. Samaritani, curantis eum, qui incidit in latrones.

III. I. Quidam Legisperitus *Luc. 10. v. 25.* volens justificare seipsum, dixit ad IESUM: Et quis est meus proximus? Suspicions autem IESUS, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum: & plagis impositis abierunt, semi-vivo relicto. Accidit autem, ut sacerdos quidam descenderet eadem viâ, & viso illo præterivit. Similiter & Levita, cum esset secus,